

TRIBUNAL APPELLATIONIS VICARIATUS URBIS

NULLITATIS MATRIMONII EX CAPITE IMPOTENTIAE MULIERIS

N. N. (Romana)

SENTENTIA

Coram R. P. D. SEVERINO ALVAREZ-MENÉNDEZ

Paulo Pp. VI feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 31 octobris mensis 1964, infrascripti RR. PP. DD. Eligius Lauro, Curiae Vice Officialis et Severinus Alvarez-Menéndez, O. P., in Romana dioecesana Curia iudex prosynodalis, qui et Ponens, pro tribunali sedentes in Aula Vicariatus Urbis, una cum R. P. D. Marcello Magliocchetti, Tribunalis secundae instantiae Officiali, Collegii Praeside:

Cognita causa nullitatis matrimonii inter dominam Sarah Arenero, actricem in causa, Arenero, die 3 aprilis mensis 1936 natam viri domicilium utpote ab eodem legitime non separatam, retinentem, in iudicio legitime repraesentatam per Procuratorem et Advocatum A. M. ei ex officio datum, et dominum Imbenedictum, reum conventum, Roces die 8 septembris mensis 1932 natum atque ibidem domicilium habentem; interveniente ac disceptante in causa Rev.mo D.no Mathaeo Paparo, Vinculi Defensore ad hunc casum deputato, hanc in altero iurisdictionis gradu definitivam tulerunt sententiam:

I. FACTI SPECIES

1. Bacchanalibus festis anni 1954 ad finem vertentibus partes in causa notae ad invicem evadebant atque exinde, mutuo sibi cum placuissent, praematrimoniales, clam tamen parentibus, colere inceperunt quasque vero, militari servitio, semel a viro emenso, propriis parentibus eadem officialiter communicarunt. Sex exinde pertansactis annis, aetatem viginti et octo atque viginti et quattuor annorum computantes, die 5 mensis iunii 1960 in romana paroeciali ecclesia X. christianas contrahebant nuptias.

Neque bonis opitulantis auspiciis, eo quod cum nuptialis itineris in Augustam Taurinorum et Brixiam initio, initium quoque coepissent matrimoniales discordiae, viro, pro hoc itinere absolvendo, pecuniae deficiente

copia (unde quaedam collecta instituta fuit inter invitatos ad nuptias), et, quod gravius, eodem itinere perdurante, sive quia uxor id facere pertimescebat (ita vir), sive verius quia vir id ad romanum regressum procrastinari disposuerat (ita uxor), coniugalibus officiis, pressiusque matrimonii consummatione, neglectis. Post viginti dies Romae (forsitan antea, Brixiae) haec consummatio pertentata fuit, et viro fidem si praebeamus, inseminatione quoque subsequuta, si vero uxori, neque penetratione multoque minus inseminatione nec quidem semel obtentis.

3. Gravibus hisce procul dubio difficultatibus plures aliae cum adiungerentur, tum ex uxoris in domo socrus cohabitatione, tum etiam ex moralibus saevitiis eidem uxori a viro inlatis provenientes, sex mensibus a nuptiarum celebratione delapsis, uxor viri domum definitive relinquebat non amplius cum eodem convictura.

4. Gravi quadam nervorum exhaustione statim perculsa quamdam Clinicam inde a die 3 usque ad diem 20 inuarii mensis 1961 petere coacta fuit, ubi habitas in coniugali conviventia difficultates illius Nosocomii Cappellano Maiori cum patefecisset, ab hoc consilium ipsa accepit totam rem advocato A. M. communicandi. Exinde praesens matrimonialis causa, quam actrix inchoabat supplici libello, quem die 3 augusti eiusdem anni 1961 Vicariali Tribunali primae instantiae porrigebat Urbis, quo initas cum Inbenedicto nuptias de nullitate accusabat, et quidem ex capite propriae impotentiae, altioris gradus vaginismo ipsa affecta cum esset. Eodem supplici libello die 12 augusti, utpote fumo boni iuris innixo, acceptato atque expensarum reductione, ob actricis paupertatem a tribunali decreta, die 1 decembris sequens dubium concordatum fuit, viro iam tunc matrimonii consummationem asserente, scilicet: "An constet de matrimonii nullitate in casu ex capite impotentiae mulieris".

5. Huic autem dubio, processu semel expleto, non modo partibus atque decem testibus iudicialiter auditis, verum quoque D.re C. L., perito ex officio, hac de re disserente, tribunal primae instantiae, sententia diei 10 mensis martii 1964, publici iuris die 9 aprilis mensis facta, *affirmative* respondebat, edicens "constare de matrimonii nullitate in casu, ex capite impotentiae mulieris". Vinculi Defensore pro munere contra hanc sententiam appellante eiusdemque appellatione collegialiter admissa, caeteris explendis semel absolutis, hodierna Sessione Nobis respondendum erit sueto concordato dubio, scilicet: An constet necne de matrimonii nullitate in casu, seu an sententia tribunalis primae instantiae diei 10 martii 1964 confirmanda sit, vel infirmanda.

II. IN IURE

6. **PRINCIPIA IN IURE PRAE OCVLIS IN CASU HABENDA.**—Primario exstante matrimonii fine, prolis, scilicet procreatione atque educatione (et cfr. can. 1013, § 1, una simul cum cum Pontificiis documentis a Leone Papa XIII: *Arcanum*;

a Pio Papa XI: *Casti connubii*; a Pio Papa XII: *Allocuzione alle Ostetriche* et Sermone ad S. R. Rotam die 3 octobris 1941 necnon Decreto S. Officii diei 1 aprilis 1944 editis), evidens providum ac sapientem omnium rerum conditorem coniugum corpora aptis quidem copulatoriis organis dotasse. Et illud maris, quidem, procreationis activum principium haud immerito dicti, penetrativa capacitate, active sumpta, recte instructum (quod praesupponit triplicem illam potentiam, erectivam, penetrativam atque insemiovativam); illud vero feminae, hoc tantum sub aspectu, procreationis principium passivum recte dictae, penetrativa quoque capacitate, sed passiva, ditatum (quod rursus secumfert potentiam non modo suscipiendi, verum etiam, ad rem nostram quod attinet, retinendi, seu tolerandi virile membrum in vagina usque dum inseminatio saltem partialiter fuerit peracta). Pacificum in jurisprudentia atque doctrina.

Vir, proinde, incapax triplicem illam operationem cumulative exercendi atque femina saltem duas illas operationes praestare non valens, impotentes iure nostro censentur atque, habitis de iure habendis, circa hanc incapacitatem, nempe, antecedentia et perpetuitate, a nuptiis valide concelebrandis eos arcet legislator hisce canonis 1068, § 1 verbis: "Impotentia antecedens et perpetua, sive ex parte viri sive ex parte mulieris, sive alteri cognita sive non, sive absoluta sive relativa, matrimonium ipso naturae iure dirimit". El merito quidem, cum nupturiens hac orbatus capacitate, hac destitutus potentia, tradere atque vicissim recipere non possit illud ius in corpus, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem, quod est praecise matrimonialis contractus obiectum. Cfr. can. 1081, § 2.

Notandum praeterea, in ordine ad iuridicos effectus, de quibus relatus canon 1068 agit, nihil referre an illa incapacitas *absoluta* sit (erga omnes mulieres, vel erga omnes homines), an vero *relativa* (erga hanc determinatam mulierem vel erga hunc determinatum marem). Haec namque distinctio procedit non est ipsa substantia, sive rei natura (quae utrique impotentiae communis est), sed ex simplici accidenti maioris (in absoluta) vel minoris (in relativa) *extensionis*, quam haec incapacitas secumferat. Porro, uti pernotum, magis ac minus non diversificant speciem.

Notandum, denique, iuxta principia tum a doctrina cum a constanti tribunalium praxi atque jurisprudentia statuta, utramque huius incapacitatis qualitatem, antecedentiam, dicimus, atque perpetuitatem, necessario simul adesse debere momento quo, ad normam canonum 1081 et 1094, 1098, matrimonium celebratur, idest, momento quo matrimonialis consensus legitime manifestetur et quidem inter personas iure habiles, matrimonium celebraturas. Perpetuitatem, denum, in casu intelligimus sensu stricte iuridico, prout alias explicatur.

7. PRINCIPIA IURIDICO-CANONICA MEDICALIA HUC FACIENTIA.—Nunc autem, inter obstacula passivam muliebrem capacitatem antecedenter et perpetuo praepedientia, haud semel proh dolor! morbosus ille processus venit qui vaginismus appellatur, seu, quemadmodum scribit Doctor C. D., peritus a parte

inductus, “la impossibilità di prestarsi all'amplesso perchè ogni tentativo diretto alla unione coniugale è causa di reazioni dolorose, accompagnate da contrazione spastica del costrittore della vagina” (p. 18). De quo autem morbosu processu haec sint breviter memoranda:

a) Eiusdem etiopathologico aspectu perpenso, duplex in medicina iuridico-canonica agnoscitur. Alter, a *localibus laesionibus* inductus (flogisticae tales laesione sint, vel e tiam traumaticae, etc.); alter vero inductus *physiopsychicis perturbationibus*, seu, ut vulgo dicimus, a *sfondo psichico*. De priore, haec citatus peritus: “Ciò può essere dovuto a lesioni locali dell'apparato genitale, per cui si ha una iperestesia di origine infiammatoria ed ogni contatto coll'organo virile risveglia dolore negli organi genitali della donna. In tal senso possono agire le ragadi, le vulvo-vaginiti, le desipitelizzazioni, etc.”. Qui vero vaginismus per se nullum momentum medico-legale exhibet, cum, prout subiungit idem peritus, “guarite queste lesioni, in seguito ai dovuti trattamenti od anche spontaneamente —ope, scilicet, cuiusdam endoreversivi processus— il vaginismo in questi casi ha tendenza a migliorare e a scomparire”. Aliis verbis, talis vaginismus perpeuus natura sua non est. Ergo, ad normam eorum quae supra diximus, n. 6, quolibet momento medico-iuridico-canónico caret.

De posteriore vaginismo autem, haec: “Vi è invece una forma di vaginismo che ha soltanto sfondo psichico e che prende nome di vaginismo vero”, qui, uti idem peritus ait, “si rinviene in genere, *in donne neuropatiche* ed è la forma più temibile *in quanto che raramente migliora o guarisce*”. Quo in casu suum momentum medico-legale procul dubio vel habet, vel, saltem habere potest.

b) Quod si nunc rem profundius inquirere velimus (intra limites attamen qui casum nostrum addecent), notandum est cum eodem perito sequens psychologikum principium, scilicet: “che ha molte importanza nella donna, per quanto riguarda lo svolgimento dell'atto sessuale, *tutto ciò che ha attinenza con la sua affettività*. E' stato dimostrato infatti che gli stimoli provenienti da zone erogene del corpo (clitoride, capezzoli, fornice vaginale posteriore) possono contribuire allo svolgimento dell'atto sessuale, ma *non sono del tutto indispensabili*. La donna nell'amplesso impegna soprattutto *la sua affettività e la sua anima*, lasciando in secondo ordine la soddisfazione del corpo”. Proinde hisce consequenter: “Per tale motivo *ogni rappresentazione spiacevole* di patimenti passati, risvegliata dalle condizioni presenti *ed esaltata dalla immaginazione spesso ammalata* di donne neuropatiche, *può dar luogo ad una reazione più o meno intensa che impedisce del tutto l'accoppiamento*. Tale reazione non è altro che *la difesa opposta dall'organismo ad un agente esterno non gradito*. In tal modo si ha una vera e propria repulsione al coito”. Pernota lex actionis et reactionis, quae vel in ipso psychologico-sexuologico campo plerumque verificatur.

c) Huiusmodi autodefensionis reactio, penetrabilem feminae naturalem aptitudinem praepediens, forsitan et perpetuo supprimens in ordine ad coniugalem actum absolvendum, sequentibus symptomatologicis signis exprimitur, eodem perito docente: “reazioni di difesa sono infatti la sudorazione, la salivazione, il tremore, i conati di vomito, i dolori locali e addominali, l’irrigidimento di tutta la persona ed infine la contrazione del muscolo costrittore della vagina”. Nec medicinae ignotus ille vaginismus, psychicus quidem, copiosas metrorragias producens aliasque perturbationes vel in ipso bronchio-pulmonari apparatu provocans.

“Brandes, per es. (prosequitur hic peritus) cita il caso di una donna, la quale provando ripulsione al coito per il marito uscito dal carcere, presentava metrorragie profuse, che avevano lo scopo di proteggerla quasi dai desideri del coniuge, verso il quale nutriva nascostamente senso di disgusto... Il Walthart cita il caso di metrorragie imponenti in una giovine donna, cui ripugnava l’atto coniugale; tali metrorragie apparivano proprio nei periodi in cui tale rapporto (sessuale) poteva esserle richiesto. Un’altra donna coniugata ebbe crisi di tosse e di profusa sudorazione, perchè le si era creata, in tempo di guerra, avversione verso l’atto coniugale”.

Atque paulo post: “L’origine psicogena del vaginismo è nota del resto a tutti quelli che si occupano di tale argomento: essa sembra legata, nella sfera del subcosciente, a ricordi di patimenti sofferti, di violenze, di lesioni etc. Spesso è connessa ad esperienze poco gradite di coito accompagnato a dolore, dovuto alla brutalità con cui agisce il coniuge. Gli psicoanalisti che si sono occupati della questione, spesso sono riusciti ad individuare, nei casi di vaginismo vero, la esistenza di conflitti psichici”. Evidens ex his omnibus sequela: “Tutto sta a convalidare quanto sia potente nella donna il fattore psichico per quanto riguarda lo svolgimento della sessualità” (ib.).

8. ALIA PRINCIPIA MEDICO-IURIDICO-PROCESSUALIA ADAMUSSIM IN CASU TENENDA.—Talia sunt, imprimis, quod, cum a parte rei non infirmitates, sed potius infirmi dentur, unusquisque casuum singillatim perpendendus erit. Casus, etenim, a casu ob diversas rationes, differt. Secundo, quod, cum huiusmodi verus vaginismus a psychicis elementis causam ducat (quae porro elementa nondum bene explorata sunt a psychopathologica scientia) iurisprudencia nostra, etiam ob haud infrequentes casus cuiusdam spontanae curationis harum psychicarum perturbationum, iure merito tenet, thesi de tutiorismo adhaerendo, psychicum vaginismus non praesumi perpetuum. Quapropter, haec praesumptione non elisa, concludendum seu standum est pro matrimonialis contractus, ad normam canonis 1014, validitate. Eadem vero praesumptione concludentibus medicalibus argumentis superata concludendum erit pro matrimonii nullitate, cum praesumptio cedere semper debeat veritati. Tertio atque demum, talia argumenta, eorumdem natura perpensa, a peritis in arte praebenda esse (peritis quippe in arte credendum est, debitis moralibus ac scientificis ornatis qualitativis), atque prae oculis quoque habitis totius causae adiunctis, iuxta notum illud processuale principium, canone 1804 contentum, sic a maioribus nostris expressum: *iudex peritus peritorum esto.*

III. IN FACTO

9. DICENDORUM ORDO.—Tria sunt in casu, iuxta principia nunc in iure statuta, ex actis perquirenda: asserti vaginismi existentia, eiusdem antecedentia nuptiarum celebrationi, eiusdem, denique, ordinariis remediis consideratis, momento celebrationis contractus incurabilitas.

10. DE HUIUS MORBOSI PROCESSUS EXISTENTIA IN CASU.—Actricem autem vero vaginismo laborare, actis attente pervolutis, nobis constat:

a) atque imprimis ex eiusdem oratricis assertione, quando hisce verbis non modo consummationis matrimonii conanima, verum eorumdem conaminum infelicem refert exitum. “Il matrimonio *non fu consumato*. Da Torino siamo andati a Brescia presso un mio zio, ma *anche qui il matrimonio non fu consumato*. Rientrati a Roma e precisamente venti giorni dopo le nozze, l’Imbenedictus fu violento e tentò nuovamente di consumare il matrimonio, ma io mi opposi *per i dolori atroci provati* e per la forte emorragia avuta. Dopo questo mi rifiutai sempre ai rapporti coniugali *poichè non riuscivo a sopportare il dolore e mi irrigidivo come una statua...*” Neque obiciatur actricem non nominasse vaginismum. Est etenim aliquis terminus hic technicus apud medicos, utique, non autem apud vulgum in usu, qui aliis, eidem propriis, expressionibus, simplicioribus quidem, sed significatioribus, huiusmodi sexuales res manifestare solet.

Neque obiiciatur, secundo, fassum dolorem communem quidem esse feminis, praesertim prioribus temporibus corporis sui copiam viro facientibus. Sic namque hanc difficultatem peritus ex officio solvit: “A complemento di quanto abbiamo detto è opportuno richiamare l’attenzione sul comportamento sessuale della donna normale. In questa il dolore che insorge ai primi contatti, *non produce mai reazioni tanto violente da far rifiutare l’amplesso*. Anche se talora il coniuge si comporta con una certa violenza, *le donna si presterà ai rapporti successivi ugualmente*, anche se con una certa circospezione e con lo andar del tempo si avrà un reciproco adattamento. La donna che gode del normale controllo di ste stessa *supera facilmente il dolore* pur di riuscire gradita all’uomo che ha eletto come compagno della sua vita... Al contrario della Sarah, i tentativi di rapporti coniugali *hanno sfociato in una forma di vaginismo inemendabile...*” (pp. 21-22). Dolor, proinde, ab actrice expertus in horum conaminum decursu atque psychologici inhibitorii exinde orti effectus, normales non sunt, sed reapse pathologici.

Sed et insuper: “...Io ripensando ad un accidente che mi era capitato da piccola, e cioè, la caduta su un piolo di una seggioletta, che mi aveva fatto uscire un pò di sangue dai genitali, decisi... di farmi visitare (dall’Ostetrica G.). La signora mi visitò, facendomi mettere sul lettino in posizione ginecologica. Questa posizione *provocò in me una reazione*, tanto che la signora mi disse: che non mi aveva fatto nulla e che una donna da marito —actrix collocat hanc medicalem inspectionem paucò tempore ante nuptias—, non doveva impaurirsi.

Mi assicurò che io ero a posto. L'impressione avuta *da quella posizione* (ginecologica) *mi restò*, ma poi cercai di cacciarla... Specifico che quando l'ostetrica si avvicinò per visitarmi e mi toccò nei genitali, *io m'irrigidii e lasciai la posizione ginecologica, e mi misi seduta sul lettino, sentendo in me una agitazione nervosa*".

Et brevem coniugalem conviventiam describens, sequentia actrix deposuit, nempe: "Alla partenza (pro nuptiali itinere) avemmo una litigata perchè Imbenedictus non aveva i soldi e pretendeva che li avessi io e che avessi i biglietti a riduzione. Fatto sta che i presenti invitati e parenti fecero una colletta. Giungemmo a Torino senza dirci una parola. Giunti in Albergo, la sera io mi preparai per andare a letto e Mario, vedendomi con la camicia da notte, disse che ho sposato una pazza. Si mise a letto e senza dirmi una buona notte, si addormentò. Il giorno seguente lo passammo come due estranei. La seconda notte andai a letto con un indumento più corto e I. mi disse che ho sposato una ballerina del Principe. In conclusione, in quei due giorni non avemmo rapporti e mi disse che c'era tanto tempo a Roma per i fatti suoi".

Quid vero ad rem notatu dignum videtur evenisse Brixiae. Ad rem namque Sarah: "A Brescia invece, dove fummo ospiti di un cugino di mia madre, I. volle tentare, mi mise in posizione ginecologica e nell'accostarmi invece di penetrare in vagina, scivolò nel dietro e mi lasciò bagnata. La conclusione fu che mi disse *che non ero a posto e mi maltrattò talmente*, anche, la mattina, che uscendo dalla stanza ed incontrando mia zia, me ne lamentai con lei, raccontandole tutto". Ad quam violentam scoenam alludere videtur conventus in litteris quas brixienis avunculo die 17/II/61 misit.

"Per venti giorni —prosequitur actrix— non vi fu nessun tentativo (Romae). Un giorno, nel pomeriggio, ritornando dal negozio, mio marito fece capire che aveva desiderio di stare con me. Andammo in camera e I. mi disse che quel giorno era il più opportuno per tentare, perchè essendo soli in casa, *nessuno avrebbe sentito i miei strilli. Mi adagiò sul letto, facendomi prendere la posizione ginecologica. Ero calma pur pensando alla visita dell'ostetrica. Mio marito mi venne sopra, quasi di corsa, ed io sentii tal dolore che sbattei la testa alla spalliera del letto, chiusi le gambe irrigidendomi*, mi alzai dal letto e vidi che perdevo molto sangue; mio marito cercò di arrestare l'emorragia con una bacinella di acqua fredda. Dissi a I. che non mi avrebbe più toccato. Rimasi impressionata e *da allora* —igitur post viginti, plus minusve, dies a celebratione nuptiarum— cominciai ad avvertire *nausee, conati di vomito*, specialmente quando si avvicinava il periodo mestruo. In seguito mio marito ha tentato di accostarmi diverse volte —"un centinaio", *deklaraverat ipse*—, e ogni qual volta mi metteva in posizione *io mi irrigidivo, stendevo le gambe, avevo il volta stomaco e per paura di sentire il dolore*, mi aggrappavo ai cuscini e *tentavo di tirarlo indietro*. In conclusione, I. riusciva a fare qualche cosa in mezzo alle gambe" (44-45/14-17).

Qualiter haec syntomatologia, ab oratrice coram iudice declarata, et quidem sub iuramento, sit medicaliter interpretanda, videbimus postea. Interim

notetur eandem actricem infelices hos exitus sequentibus adminiculis corroborasse: —*visitatione*, quam ipsa fecit ad Drem B. paucis diebus post illud conamen peractum— *despectiva responsione uxori data a viro*, occasione huius visitationis: “che me ne importa, tu lo sapevi che eri fatta così e non pretendere che io spenda i soldi per te”. Ed io gli risposi: ‘il gusto è tuo, il male è mio, e quindi con te non ci voglio star più’. In tutti i seguenti tentativi I. si è sempre dimostrato volgare. Però posso con giuramento affermare che mio marito *non è mai penetrato in vagina*”; *discordiis inter coniuges habitis*, et quidem, “il motivo era *la mia riultanza all’atto coniugale*” (p. 46), licet et aliae domesticae difficultates acceperent, ut supra diximus; denique, último, *violenta scena*, quae locum dedit definitivae separationi, scilicet: “Faccio presente che una quindicina di giorni prima (della separazione), mentre stavo sul letto, mi aveva sputato sui genitali dicendomi: ora ti ho fatto tutto, ti puoi buttare dalla finestra, tanto sei una matta”.

b) Aliquo modo, licet obtorto collo, et ipse conventus existentiam sin minus asserti vaginismi, saltem intimarum difficultatum confirmavit. Ab ipso, imprimis, scimus quod “S. aveva un temperamento *molto nervoso e scattava per qualsiasi sciocchezza*; questi scatti erano *molto forti*, ma si esaurivano presto”. Quo conventus vel sincerior vel magis edoctus sese monstravit de nervosa futurae uxoris indole quam caeteri testes, quos talis indoles effugisse videtur. Scimus pariter a convento quod “dopo una settimana durante la gita di nozze, non consumammo il matrimonio; mia moglie appena l’accostavo *mi diceva che aveva paura*. Io per questo la rispettavi. Giunti a Roma, il giorno dopo il nostro arrivo, S. nel pomeriggio mi disse che volera provare (contrarium declaravit actrix supra), dal momento che in casa non c’era nessuno, e quindi *se avesse gridato*, nessuno se ne sarebbe accorto. S. si pose in posizione naturale (contrarium ipsa antea innuit), ma *restò un pò tesa*. Io *dovetti un pò faticare* (quod, hymenis forma, semilunari, scilicet, perpensa, necessarium non erat, nam, prout asserit peritus ex officio: “L’imene per la sua forma... per il normale spessore e la non eccessiva altezza, *non avrebbe dovuto anatomicamente opporre una notevole resistenza* all’amplesso, p. 92) ma riuscii *anche senza penetrare del tutto*, a deflorare mia moglie, la quale ebbe perdita di sangue. *Dovetti però ritirarmi, perchè sentiva dolore*, però io a quel momento ero arrivato e l’ejaculazione avvenne in vagina”. Quinimmo, respondens cuidam quaesito eidem ex officio facto, haec aiebat: “Facendo il raffronto con i rapporti avuti con altre donne e quelli avuti con mia moglie, posso dire che nei primi vi era penetrazione totale, *nei secondi no*”.

Evidens, itaque, conventum utrumque factum, existentiae, videlicet, vaginismi ac inconsummationis apertis verbis denegasse; sed pariter evidens, eiusdem depositione attente considerata, quaedam eundem admisisse elementa rectae huius causae aestimationi summopere inservientia: “restò (uxor) un pò tesa; dovetti un pò faticare; anche senza penetrare del tutto; dovetti però ritirarmi perchè (uxor) sentiva dolore; scattava (semper uxor) per qualsiasi sciocchezza; questi scatti erano molto forti”, etc.

c) Et quamquam incidentaliter, quaeri nunc iam posset cuinam fides in casu danda, an uxori penetrationem, ut nuper audivimus, denegantem, an vero convento illam, una simul cum subsequenti eiaculatione, asserentem. Reque moderatae submissa discussioni, animadverterunt Patres imprimis haud parum quidem convento obesse illam quam circa saevitias morales, ab eodem uxori inlatas, ipse commisit reticentiam necnon et illam assertionem, hostilem animum prodentem, in responsione ad 23um contentam: “Una dispensa Pontificia porterebbe ammirazione, perchè *la gente penserebbe ad un imbroglio*”. Haec assertio sic ac simpliciter prolata, idest, ulla fulcita ratione, suspectum facit eandem proferentem. Sed et suspectum quoque reddit conventum moralis illa indoles, expressa moralibus saevitiis (irrisiones, sputa, et quidem in illis femmineis partibus, etc.), quas supra uxor narravit. Addendum tandem eiusdem conventi affirmatio de peracta eiaculatione in vaginam minus congruere videtur principio medico-legali, hisce verbis a perito a parte actrice inducto, enuntiato, scilicet: “Da un sommario esame delle dimensioni dell'ostio vaginale —vaginometria— quale è stato possibile effettuare di fronte alle veementi reazioni della donna, è stato inoltre accettato che esso (l'ostio vaginale) non ha potuto permettere *se non un introito iniziale del membro virile in vagina*” (p. 22). Idque imprimis. Etenim: “In più è necessario tener conto del fatto che perchè si abbia consumazione del matrimonio occorre non solo penetraziones del membro eretto, *ma anche eiaculazione del seme in vagina, la quale normalmente succede ad un periodo di confricazione della durata da due a dieci minuti*”.

Neque aliter peritus ex officio, quamquam, secus ac Doctor B., quasdam incisiones detexit in actricis hymenali membrana primo aspectu pro consumatione militantes. Praemisso se non posse (ob haec elementa) excludere quamdam saltem partialem penetrationem (p. 96), illico subiungit: “E'possibile però *che non si sia potuta avventire l'eiaculazione in vagina in quanto a) la buona tensione della membrana imenale e b) le presenti rugosità vaginali escludono la confricatio*, necessaria all'emissione dell'eiaculato. Il vaginismo riscontrato nella S. *non tollera las permanenza benchè minima del membro in vagina*”.

Ob has, itaque, rationes (quibus postea alia, opportuno tempore, erit addenda) procliviores fuerunt Patres ad fidem praebendam potius actrici penetrationem atque subsequentem eiaculationem deneganti quam convento eadem asserenti.

d) Sed et ipsimet testes, medicali peritia carentes, fideliter tamen quae tempore non suspecto audierunt declarantes, pro suo quisque modulo ac captu saltem difficultatum intimarum difficultatem confirmant (conventus vero nec unum, quidem, dignatus fuit inducere testem). Et sic testis A., actricis consanguinea, quamquam nihil sciat circa consummationem vel minus, confirmat nihilominus quod “dopo venti giorni del matrimonio, vidi la mamma di S. e le chiesi come stava la sposina, mi rispose: *'si sente male'*. Passarono alcuni mesi e chiesi se c'erano novità, mia cugina mi risponse che Rosa stava male

e che doveva essere visitata". Confirmat etiam, quamquam modo vago, quod "mia nipote ha lasciato il marito perchè questi la trattava male" (51/18).

